

August Varenius Daniel Wilhelmi

Exercitatio Sacra Ex verbis Davidis Ps. 72. 17. [...]

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738044431>

Druck Freier  Zugang



Ant. D. Wilhelmus

A. Varenius,

R. U. theol. 1645.

כסש

EXERCITATIO SACRA

Ex verbis Davidis

Pf. 72. 17.

לִבְנֵי שֵׁשׁ יָנוּן שְׁמוֹ

Quam

In celeberrima ad Varnum Academia

Publico Doctorum examini subicit

PRÆSES

M. AUGUSTUS VARENIUS,

Ebr. Ling. Profess. Publ.

RESPONDENTE

DANIELE WILHELMI,

Ultzensi.

Habebitur in Auditorio majori ad diem

4. Januarij, horis matutinis.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLV.



VIRIS

Nobili, Magnifico, Consultissimo

DN. HINRICO LANGERBECHIO
Icto Celeberrimo, Illustrissimi ac Celsissimi
Principis ac Domini, Dn. FRIDERICI Ducis Brunsvi-
censis & Lunæburgensis &c. Consiliario gravissimo &c.
Mecanati suspiciendo.

ut &

Clarissimis, Spectatissimis, Prudentissimisq; Viris

DN. ANDREÆ BUSCHIO, Illu-
strissimo ac Celsissimo Principi ac Domino,
Dn. FRIDERICO Duci Br. & Luneb. à secretis
intimis, Fautori honorando.

DN. JOHANNI VERSMANNO,
Reip. Ultzensis Senatori meritissimo, Pa-
tri suo venerando.

*Hunc Elenchum Anti-Judaicum in
Studiorum suorum testimoni-
um, cum Felicis anni voto
consecrat*



DANIEL WILHELMI,
Respond.

מאחרים

1. *Qui pro יכון in Psal. 72. 17. legunt & illam lectionem ex Chaldaica, & Gracâ versione probare cupiunt, errant errorem geminum.*

2. *Recessio שבט & מחקק Gen. 49. 10. sumonda est על דרך נכמד & non נפרד על דרך נכמד. Non & שבט & מחקק recedet de Judâ, dooe veniat Schilo.*

3. *אסרו Gen. 49. 11. potius ad טילה quam יהורה refertur. Ille, cui erit עמים i. e. יקה עמים erit etiam אסרו לגפן עירה. Hinc patet illa rectius מרריש i. e. allegoricè: quam הפשט. literaliter à Theologis explicari: quod olim in vetustioribus Judaeorum Synagogis ita obtinuisse, docent tres paraphrasta Chaldaei.*

4. *Qui שבט vel מחקק Judæis etiamnum superesse statuunt, & id ex itinerario R. Beniamintis probare volunt, digni sunt qui relegentur ad illud mare, quod fingit, concretum (ים הנקפא) ubi homines tyrsis bovillis inclusi accipitris ministerio deferuntur in terras, de quo illum splendide mentionem videre licet p. 171. edit. Lugd.*

5. *קרר praevalet כתיב כתיב. Rectè ergò Esa. 9. v. 3. expressit Chaldaeus: להון אסגיתא חררה Ei se. (הגוי) multiplicasti lætitiâ.*

6. *לשון צהלת נצחון Esa. 9. v. 4. Raschi dicit esse במלחמה R. אע rectius dicit esse ut sensus sit: כל כולם ברעש אדם אדם לום כלחמה לום omnis conflictus bello confligentium fit cum commotione. Sensus genuinus hic est: Liberatio illa, de quâ agit Propheta v. 3 erit planè singularis (כיום מריו) non aliorum terrestrium præliorum similis v. 4 in quibus cum magno confligentium strepitu, eqvorum fremitu, & jaculorum sonitu concurritur vestesq; pugnantium, vel sanguine maculantur vel igni comburuntur. Est igitur hic oppositio liberationis corporalis & spiritualis, quâ modum. Interim quâ וצעות און כון rectè monet רשי*

וְרֵשִׁי & רִדְקָא quod non habeant simile in Scripturâ *ui &*
quod Nun fit radicale, *item quod* prius fit nomen: poste-
 rius verbum.

7. *Esa. 9. v. 5. Idem est: Admirabilis consiliarius, DEUS fortis &c. qui est* יְלֹד יֵלֵךְ לְנוּ. *Errant igitur Rab-*
bini, qui ita interpretantur: Et vocabit nomen ejus His-
kiæ sc. Admirabilis, Consiliarius, DEUS fortis, pater
æternitatis, principem pacis. Magis hallucinantur qui totam
illam ὁνομασθησίου ad Chiskiam referunt. Probandum certè
illis est, quod fuerit שמר על ישראל item quod Cbiskias fuerit
פלא, quod fuerit אל גבור (nec enim licebit in tali vocum po-
sita tibi Munach à Sakephkaton disjungere) item quod princi-
patum & pacem infinitam seu perpetuam obtinuerit v. 6. &c.
Paraphrasin Jonathanis ambigvâ hic facit accentuationis ab-
sentia.

8. *Quare* clausum *in* לְמַרְבָּה *Esa. 9. v. 6. Respondet*
Propheta quia אֵין קַץ לְמַרְבָּה הַמְשֵׁרָה *Angelus; ἄγγελος βασιλείας*
αὐτῆ ἐκ ἔσχα τέλ.

ארת טבא חכמתא	ויקדתא כן ד	חבא	סנינא
מו כופו טבתא	ידיעהא כיש	משל	בחונה
אשרי נוחו לבו	להבין חכמת אל	ודת	רשומת
אשרי משית ידיו	לקבלת תלמוד	וח	תרוכה
שיט שממו לסכול	ומנער שוקד	עלו	הבונה
תכלית עולו תתן	לאט נור ראשו	כלי	תמונה
דורש את משכלות	ומסטופף דרדי	בצל	חכמים
ממשיח ינת	שמו תרצן פומיבי	ברוב	אנשים
ירבה עצמה מרבה	לאין אונים אונים	להוד	גדלה
בוו הפרשה	לפיוכך תרים לו	זבח	תהרת

M. Augustus Varenius.
 Praeses.



פרתו



Um toti orbi Christiano
rursus affulserit tempus illud,
qvo (verba sunt Chryſi. homiliã

εις τ̄ γενέθλιον η̄μεραν) ἃ παλαιοι πατριάρχαι
μὲν ὠδινον, προφῆται δὲ προύλεγον, δικαιοὶ δ'
ἰδεῖν ἐπεθύμουν, τέλει ἔλαβε καὶ Θεὸς ἐπι
στῆς ὠφθη διὰ σαρκῆς, nos in honorem dulcissimi ser-

vatoris humani generis, cujus salutiferam incar-
nationem, & eam quæ est ex virgine generatio-
nem, nunc grato animo recolit Ecclesia, illustre
Scripturæ V. T. *de æternâ Messia filiatione* κειμήλιον
succinctâ resolutione, veræq; sententiæ pro-
positione Judæis aperiemus. Dignus sanè la-
bor & hoc tempore, & nostrâ mediatione

מגדיל עצה ותושיה בן עלמה ששילה שמו
וחלף כחר לפריש כי לפני שמש ינון שמו;

THESIS I.

Suppeditant illud illustre, qvò dixi, de æter-
na Messia generatione & filiatione, testimo-
nium Verba Davidis Ps. 72. 17. qvi, cum Messia
Regis *majestatem tremendam, dominationem in-
finitam, incarnationem miraculosam*, magnifico &
Prophético dicendi genere quasi gratulaturus

B

decan-

decantasset, altius egressus *aternam ejusdem*
filiationem quatuor verbis expressit, & in ipsius
tam illustris revelationis memoriam & S. S. Tri-
nitatis gloriam, insigni *δοξολογία* Psalmum hunc
imò omnes תפלות claudit.

2. De נושא מאמר, ut vocant, seu subjecto, ho-
rum præprimis quatuor verborum, primò o-
mnium quæritur. Quod promissum mundi
Messiam esse contra Judæos (cum illis enim
nunc agere constitui) probo, partim ex ipso
Psalmi textu, cum Rabbiorum suorum in illum
commentariis collato: partim ex vetustissimo-
rum quos non possunt non magnificare, Judæo-
rum, consensu. Primò igitur ille de quo agit Da-
vides in hoc Psalmo est religiosè timendus, &
quidem *עם שמש לפני ירח דור דור* *cum Sole, & in*
facies Luna generationibus generationum: quorum
verborum Interpretem nunc istis concedemus
R. Aben-Esiam. Ita ille: *טעם עם שמש כל הימים*
רח שתעמוד השמש וככה לפני ירח i. e. *Illud* *שמש* *notat o-*
mnem temporis à parte post durationem, similiter illud
לפני ירח, & Targum, quod expressit *עם מסק שמשא*
Dum ascendit sol. Quin & (2) *יפרח בימיו צדוק ורוב* (2) &
v. 6. eodem regnante justii flore-
bunt & aterna pax instaurabitur: illud enim in-
nui phrasi *רח בלי ירח* nec ipsi negant vel negare
possunt Judæorum Magistri. *ע* ita hic commen-
tatur:

tatur: וְעַד שְׁלֵא יִהְיֶה וְהַטַּעַם תָּמִיד i. e. usq; dum
 desinet esse Lunae. e. perpetuò. Sed & (3) *hic ipse*
regnabit מִיָּם עַד יָם *à mari ad mare*, & *à fluvio*,
ad usq; fines terra. v. 8. quorum verborum inter-
 pretes Hebreos rursus hic admittemus: Ita enim
 Paraphraustes Chaldaeus: וְשֵׁלֹשׁ כֵּן סִטְרָא יִמָּא רַבָּא
 לְסִטְרָא יִמָּא רַבָּא וּמִן פֶּרֶת עַד סִיפֵי אַרְעֵי
ab extremitate unâ maris magni (ocean) ad extre-
mitatem Oceanum alteram, & *ab Euphrate ad fines*
terra. Aben-Esra verò ita hic fluctuat, ut facilis
 ex ipsius verbis conjectura sit, eum non nisi Mes-
 siae illud attribuere: אִם עַל שְׁלֵמָה מִיָּם סוּף עַד יָם
 פְּלִשְׁתִּים וּמִנְהַר זֶה פֶּרֶת וְאַפְסֵי אֶרֶץ זֶה מְדַבֵּר וְהִנֵּה הַזְּכוּר
 אֹרֶךְ אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל וְרַחְבָּהּ יָאֵם עַל הַמְּשִׁיחַ מִיָּם הַדְּרוּמִי הַנִּקְרָא
 הַיָּם הָאֲדוּמִים אֶל יָם צָפוֹן שֶׁהוּא יָם אֹקְיָנוֹס וּמִנְהַר נָהָר
 יֵוצֵא מֵעֵדֶן שֶׁהוּא כְּתוּבָה מִזְרָח וְעַד אֶפְסֵי אֶרֶץ שֶׁהוּא בְּסוּף
 יָם: i. e. *Si de Salomone Psalmus est explicandus,*
illud מִיָּם עַד יָם *explicandum est à mari Suph ad ma-*
re rubrum Philisteorum & *à fluvio sc. Euphrate*
ad usq; fines terra i. e. desertum, & ita tam longitu-
 dinis, quam latitudinis palæstinae terminos expressisset:
Quod si verò Targum secutus de Messia velis ex-
plicare, dicendum est: A mari quod dicitur Mare
Edom, usq; ad mare Boreale seu Oceanum Septen-
trionalem, (וּמִנְהַר) i. e. *à fluvio exeunte ex Eden, qui*
est in Orientalis plagæ principio, ad usq; fines terra
i. e. extremitates occidentis. Et (4) propterea in-

A 2

curva-

curvabunt se coram eo omnes Reges: omnes gentes servient ei v. 11, vel ut Chald. יסגרון ליה כל מלכיא וישרסו ויפא דאוקינוס e. *incurvabunt se coram eo omnes Reges maris mediterranei & insularum maris Oceani: quæ vel singula tam sunt augusta, ut longissimè superent omnem Salomonis Regis magnificentiam, vel ipsorum Rabbiorum quos allegavi, iudicio.*

3. Argumentum ad hominem suppeditant Paraphrasis Chaldaica & veterum Judæorum testimonia. Sic quod in ipso Psalmi fastigio dicitur הו' למלך הו' אלהים משפטיך למלך הו' *DEUS sententiam iudicij tui da Regi Messia.* Pari modo hæc in conveniunt מדרש תלים R. Bechai, Aben-Efra, quamvis hic minus accuratè sententiam dicat: *Est, inquit, hic Psalmus Prophetia vel Davidis, vel alicujus præceptorum ejus, scripta de Salomone vel potius de Messia ipso.* Idem sensisse R. Salomonem Jarchi, licet Christianæ religionis odio contra conscientiam & Talmudis statuta in ipsa Psalmi expositione omnia ad Salomonem referat, infra probabimus: sic illum ipsum, quem nos principaliter attendimus, v. 17. *de Messia* exponit R. Aben-Efra.

4. Ubi naturalem singulorum versuum sequelam maximè urgemus. Idem enim est נושא מאמר

מאמר seu subjectum de quo illa superiora, quæ te-
tigimus, prædicantur, cū illo, de quo dicitur v. 17.

לפני שמש יגון שמו

LXX. Περὶ τῆς ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτῆς.

Hier. *Ante solem permanet nomen ejus*

Vulg. *Ultra solem perseverabit nomen ejus*

Sanct. Pagnin. *Ante solem propagabitur nomen ejus*

Ar. Mont. *Ad facies solis filiabitur nomen ejus.*

quæ verba nunc sigillatim examinanda erunt.

5. Vox igitur פני (â rad. פנה faciem vertit,
aspexit) faciem, aspectum (ut πρόσωπον Græcis
ὅτι εἰς τὸ πρόσω ὄπτεται) vel externam & anteriorem
rei superficiem significat, hinc in regimine præ-
cedente particula אידם est quod *ante*, *antea*
priusquam. Sic אהת סרם לפני שמה יי *priusquam*
perderet Jehova Sedomam Gen. 13. 10. לפני מותי *an-*
te morime Gen. 27. 7. 10. c. 29. 26. c. 30. 30. לפני
מלך מלך Gen. 36. 31. quæ anterioritatis notatio
etiam cum manet, cū nomini Personæ vel rei præ-
positum *Coram* notat, quâ ratione frequentissi-
mum est illud לפני יהוה Sic Gen. 10. 9 Nimrod
dicitur fuisse ציר לפני יהוה Gen. 18. 22 & passim.
Alias obtinet semper, illa, quæ dixi primaria לפני
significatio. Sin Gen. 33. 14. Transeat quæso Do-
minus לפני עכרי. Sic Exod. 14. 19. 2 Par. 28. 9. לפני
שבר וגבה לב איש לפני כבוד ענוה Prov. 18. 12. לפני
quem locum optimè Lurherus: *Wenn einer zu-*
grunde

grunde gehen soll/ wird er zuvor Stolz/ vnd ehe man
zu Ehren kompt/ muß man viel Leyden. Sic לפני קציר
Ante messem Jefa. 18. 5. ut ita לפני שמש idem sit quod
Ante solem s. *Solis creationem*, vel simpliciter *ante*
rerum omnium creatarum principium, unde è crea-
tionis ordine eximi hanc filiationem satis evin-
cit ipsa locutio.

6. Vox ינין vel ut כתיב habet, ינין *filiatur* vel
filiabitur futurum Niphal est in reliquis tempo-
ribus inusitatum: quin in hâc ipsâ verbi formâ
בכקרה non est ei simile in Scriptura, ut du-
biū nullū sit, quoniam hic planè singularis & excel-
lens sit ejus significatio. Radix ejus ינין Filium seu
Sobolem notat: sed illustrem vel ipso genere ex-
cellentem, teste אע qui idē conjugationis Niphal
esse dicit hoc ינין ינין. Reperitur illa Gen.
21. 23. & semper conjuncta reperitur cum voce
נכר: hinc in illo loco Chaldaeus, Aben-Esra & רשי
hanc per *nepotem*: illam per בר s. *filium* explicant:
Sic Jefa. 14. 22. & Job. 18. 19. iterum cum voce
נכר conjuncta reperitur, & à Chald. Kimchio &c. per
filium: נכר verò per בר בר s. *nepotem* redditur.
R. Salomo illam notare dicit במלכות אביר
filium regium vel natalium splendore præcla-
rum. Quoniam in loco controverso Psal. 74 9. ubi
est ינין ינין licet Aben-Esra eumq; secutus Me-
galander Lutherus rectius ibi per: *opprimamus eos*
(ac

(ac si esset à ינה in futuro Kal pro איהם ut נינה Num 21. 30.) expresserit, Chaldaeus tamen per בניהו *flij eorum* constanter reddidit.

7. Eadem ratio substant. מנו Prov. 29. 21. quod, juxta Hebreos, *filium herilem, superioritatem quandam praecetera familia in domo Patris obtinentem* denotat, cū quo facile conciliatur R. Salomon Jarchi: inconueniens enim hoc in loco nobis videtur esse Tremelliana expositio, quæ expressit per orbū *liberis*. Rectius Ab Esra: אחריתו שהוא מפונק i. e. *Postquam enim delicatè seu molliter est educatus, filij herilis instar esse vult: So will er darnach ein Zunker sein.* sicut optimè Lutherus: ut ita supervacaneum sit פניו שני seu duo significata radicis נק asserere: posterius enim quod Cl. Buxtorfius in concord. adducit per *occidere, opprimere* in nullo Scripturæ fundatur exemplo: sed פניו ad radicem ינה מנין: ינה verò ad præsentem radicem אנהלג as refertur.

8. A significatione radicis ut in hoc verbo discedamus, causam non video, quoniam præter illam ipsius singularitas, & vetustorum Interpretum autoritas nos dubitare non sinunt, quò minus hac voce *excellentem & singularem filiationem* cujus fundamentū sit propriissima generatio, primariò notari, statuamus, & id Davidem intendisse dicamus: *Nomen Regis (Messiæ) filiatur* (per æternam

æternam à patre generationem *ante solem* (ante mundi initium s. quod Græci dicunt: *πρὸ χρόνων αἰωνίων* vel *πρὸ καταβολῆς κόσμου*.)

9. Nec sine accuratâ intentione prætereundum putamus id, quod & hujus filiationis excellentiam & Prophetiæ dignitatem asserit, quod scilicet de hâc filiatione ita loquatur ut & æternam eam esse, & ab omni, quæ est in via, & Termino, ut vocant generationis creaturarum imperfectio ne liberam simul ostendat. Ut enim mutationem, prioris & posterioris successionem, item carentiam perfectionis, & cæteras quæ in viâ generationis creaturarum obtinere solent, imperfectiones, tollat, dicit *שׁוֹשׁ הַיָּהוָה*: *Ante solem*: ut illas, quæ in termino generationis creaturarum obtinere solent, imperfectiones finitam sc. durationem &c. tollat, utitur futuro verbo *יִהְיֶה* non successivam sed indivisibilem, & interminabilem generationi vel filiationi à parte tum ante tum post durationem tribuendo, eamq; hâc ratione à reliquis imperfectionib⁹ generationi respectu existentia in creaturis accidentibus, liberando, ut sensus sit: *Et ante solem, & cum sole* (durante sole) *& in æternum à me generaris*: quod Spiritum S. his verbis intendisse planè statuimus, præprimis cum idem in aliis, quæ de hâc æternâ generatione agunt, Scripturæ dictis observatum. videa-

videamus. Sic ילרחך חיום in Psalmo 2. ubi ulterius notandum dicimus punctationis dispositionem in ילרחך .

10. Videamus jam Judæorum veterum eorumq; in his literis Doctiorum expositionem, quam nos eò magis urgemus, quod illam ipsam non possint plane defugere, illi, quibus hanc exercitationem opponimus, Judæi. Paraphrasis igitur Chaldaica (quam Targum dicimus) locum hunc non incommodè reddit: מהו שמה מוין הוא שמה של משיח *Antequam solesset, preparatum erat nomen Messia.* Clarior est paraphrasis s. Targum Jonathanis, quod ita expressit hunc textum: שמה אהקרי מלכה דמן קמי עלמא *Nomen ejus dictum est Rex ante dies seculi.* Quin apud veteres Hebreorum sapientes vocem הנון (quod singulare quid & excellens in lâ notari viderant) inter nomina Messiaë relatam esse constat ex Talmudistarum sententiis. *Quod est nomen ejus? qui de Schola R. Iafne dixerunt in non, juxta illud: לפני שמש ונון שמו.*

11. Celebriores ferè ex ספר ש"ם sex illis, qui Biblia commentariis illustrarunt sunt R. Sal. Jarchi & R. החכם א"ע quorum hic peculiari nomen הוחכם; ille vero propter vastum commentariorum, quæ reliquit in integra Biblia, & totum fere Talmud, opus פרשנרה à Judæis salutatur. Horum nunc

B

sen-

& ab ipso adversario veritatis testimonium, quo melius obtineri non poterat. Psalmum enim, secundum de Messiâ agere, ipsi Iudæorum Magistri fatentur. Hinc Rabbi אבא de Messiâ illum explicat, R. Salomo Iarchi verò: רבותינו דרשו את ענין על מלך המשיח *Rabbini nostri ait exposuerunt hunc Psalmum de Messia.*

14. Superest, ut alterius etiam Rabbini Sal. Iarchi mentem inquiramus, & ad majorem Iudæorum confusionem illius etiam contradictionem palam faciamus. In ipsâ igitur Psalmi expositione omnia ad Salomonem refert, ne tamen sibi ipsi constans est, in speciali singulorum applicatione. Vocem ירדן dicit esse לשון מלכות ושררה explicans illud ex Prov. 29 21 Gen. 21. 23. Ps 74. In quibus licet quædam desideremus, ulterius tamen eundem sequemur. Num. 24. 19. in Bileami benedictione mentio fit alicujus potentis ex Jacobo orituri Dominatoris וירד מיעקב. Quis ille? Targum de *Messia* locum explicat, ut videre est in paraphrasi verl. יקום משראה i. e. *Surget Rex Messias ex Israele.* Quid hic Rabbinus ille? Ad voces וירד מיעקב i. e. ויהיה מושל ואומר בן על מלך המשיח *surget Dominator ex Jacob, id dicitur de Rege Messiâ de quo alibi dicitur: וירד מים ער ים Et dominabitur à mari ad mare* Psal. 72. En contradictionem primam!

15. Sic

17. Sic in expositione capitis noni Zachariæ v. 9. ex eo, quod ante
negarat, fundamento, i. principio, concludit de Messia non posse in-
telligi illa quæ ibi dicuntur de Rege עני paupere, super asinam equitan-
te &c או אפשר לפטרו עלה על המשיח שנאמר כי ירד מים i. e. *Quomodo possibile est ut illud intelligi possit de Messia, cum
de eo dictum sit Psal. 72. Et dominabitur à mari ad mare: En contradi-
ctionem secundam.*

16. Sed videamus, quam in expositione verborum: לפני שמש
ינח שמו palinodiam cecinerit, nisi forte illa perversio est ipsius pa-
linodia. Constat illud ex loco Michæ s. 2. ubi de utrâq; Messia ge-
neratione agi certo certius est: ממך יצא לי להיות המישל Ex te, &
Bethlehem, exhibet mibi Dominator. Qvis מישל ille? Resp. Targum
כנך קדמי יפוק משיחא Ex te prodibit mibi Messias. R. David Kin-
chi: זהו המלך המשיח Hic est Rex ille Messias. Idem habet R.
Salomo Jarchi: Sensus est, inquit, ex te prodibit mibi מישל qui est Mes-
sias filius Davidi: porro de eo, Messia dicitur: מוצאותיו מקדם
מימי עולם Egressiones ejus ab initio, à diebus æternitatis. quæ verba
Davidis ex Psal. 72. explicat & idē esse dicit quod: לפני שמש יבין שמו
Ante solem filiatum est nomen ejus. Quid aptius & convenientius pro
nostrâ sententiâ dici, & quomodo quis magis sibi ipsi possit contradicere
ut mirari subeat Joh. Calvinii, aliorumq; ejus satellitum affectatam
in his mysteriis interpretandis insolentiam. Atq; ita ex brevi horum 4.
verborum resolutione Judæis patere poterat: Messiam esse filium DEI
unigenitū & ex Patre natū ante omnia secula, DEUM de DEO, Lumen de
Lumine, DEUM verum de DEO vero: genitum non factū &c. Nos eadem,
qua David Psalmū δόξολογία laudimus hanc exercitationem dicentes:

ברוך יהוה אלהים אלהי ישראל עושה גפלאות לברוך וברוך
שם כבודו לעולם וימלא כבודו את כל הארץ

אמן ואמן

90 (0) 90

& ab ipso adversario veritatis testimo
melius obtineri non poterat. Psalm
secundum de Messiâ agere, ipsi Iuda
gistri fatentur. Hinc Rabbi ע"א de M
explicat, R. Salomo Iarchi verò: את
ענין על מלך המשיח *Rabbini nostri ait*
hunc Psalmum de Messia.

14. Superest, ut alterius etiam I
Iarchi mentem inquiramus, & ad m
dæorum confusionem illius etiam co
nem palàm faciamus. In ipsâ igitur
positione omnia ad Salomonem ref
men sibi ipsi constans est, in specia
rum applicatione. Vocem ענין dic
מלכות ושררה explicans illud ex Prov.
21, 23. Ps 74. In quibus licet quæda
mus, ulterius tamen eundem sequen
24. 19. in Bileami benedictione men
jus *potentis ex Jacobo orituri Domi*
מיעקוב. Quis ille? Targum de Me
explicat, ut videre est in paraphrasi ve
משיחא i. e. *Surget Rex Messia*
Quid hic Rabbinus ille? Ad voces קוב
יהיה מושל ואומר כן על מלך המשיח
surget ex Jacob, id dicitur de Rege Messia
dicitur: וירד מים ער ים *Et dominabitur*
mare Psal. 72. En contradictionem pr

